



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

De Aduocato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

debet, non quidem pronunciando ipsum innocentem esse, sed crimen de eo demonstratum non fuisse.

*De Advocato.*

**N**ota. Hæcquæ de Iudice dicta, de Advocato 17  
dici non possunt, quia Advocati officium non  
est definire, seu ius dicere inter partes contendentes,  
sed parti vni litigantium assistere. Consequenter si  
Advocatus causam clientuli non manifeste ini-  
quam, sed probabilem iudicet, licet eius causam sus-  
cipit, et si causam adversariam probabiliorem, &  
facilius obtinendam arbitretur. Nam quotiescumq;  
causa dubia seu controversa est, permittitur parti li-  
tem cum aduersario contestari; atque propositis iu-  
ribus ac rationibus suis, iudicis dirimentis senten-  
tiam postulare. Potest autem qui per alium, quod potest  
facere per seipsum. reg. 68. in 6. Nam ideo iura Advo-  
catum permittunt, ut sit vicarius partis litigan-  
tis.

Cæterum Advocatus causam dubiam suscipiens, 18  
debet 1. inspicere diligenter causæ æquitatem, & si  
iniustum comperiat, non suscipiat patrocinium, a-  
lioquin tanquam concausa ad compensationem da-  
mni partilæ obligatus erit. 2. Ut sincere aperiat  
clienti, quantam probabilitatem & spem victoriæ  
obtinendæ habeat, alias si spe inani & sumptibus  
frustraneis clientem involuat, ad compensationem  
damni obligatur. 3. Ut paratus sit absistere & cli-  
entis significare, quam primum in progressulitis ini-  
quitatem deprehenderit.

His adde 1. Si bona fide & probabili ignorantia 19  
ductus Advocatus causæ patrocinium suscepit,  
& po-

& postea ex noua causa , V. C. propter instrumentum repertum, vel clientuli confessionem, causæ ini-  
quitatem deprehendit , salarym nihilominus peti  
potest , securi si ob imperitiam causæ iniquitatem  
non cognouit.

Adde 2. quamvis absolute loquendo talis depre-  
hendens iniquitatem causæ , quam defendendam  
scepit , possit ea derelicta parti adversæ operari  
præstare , dummodo secreta quæ cum expresso , vel  
tacito reticendi pacto accepit , non aperiat ; tamen  
plerunque id scandalio non catet , ideoque dissua-  
dendum, nec à magistratu permittendum 16.

20 Adde 3. Quod peccet Advocatus , sicut & Iudex  
vel Consiliarij, si intellecto , quod pars vna litigati-  
tum causam iniquam habeat , auctores sunt transa-  
ctionis facienda, cum alterius partis damno , quan-  
doquidem transactio solum in causa dubia interve-  
nire debet.

### *De Iure dubio Proprietatis.*

21 Si bona fidei possessori superveniat dubium, num  
ressua sit, & post diligentem veritatis inquisitio-  
nem, nihil certi cognoscere possit, licet eam retinet,  
imo & absunit , & qui tali possessori in dubio rem  
aufert, peccat ac restituere debet. 16.

Sed licet postea alienam fuisse demonstretur, non  
amplius tameni obligatur, quaminde locupletior fa-  
ctus Prob. Assertio; nam in pari causa possit potior ha-  
beri debet reg. 170. ff. siue in pari delicto , vel causa potior  
est conditio possidentis reg. 65. in 6.

Quod si bona fidei possessor speculativè proba-  
bilius iudiceret, rem alterius esse , dum tameni mora-  
lē